



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Epistola XVII. Leonis Papae I. Ad Theodosivm Avgvstvm. Scribit Synodo sibi interesse non licere: huic autem muneri legatos a se missos plene satisfacturos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

EPISTOLA XVII.  
LEONIS PAPÆ I.  
AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Scribit Synodo sibi interesse non licere: huic autem munerī legatos a se missos plene satisfacturos.

*Leo episcopus Theodosio semper Augusto.*

**A**CCEPTIS clementiæ vestræ literis. *Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte I. epist. 17.*

EPISTOLA XVIII.  
LEONIS PAPÆ I.  
AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

*Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.*

**Q**VANTVM sibi fiducia de fide vestræ clementiæ ecclesia Dei debeat polliceri. *Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte I. epist. II.*

Hæc eadē fere habentur, sed fufius, supra epist. 13.

EPISTOLA XIX.  
LEONIS PAPÆ I.  
AD IVLIANVM EPISCOPVM.

Iuliani fidem commendat, & per legatos Flauiano scripsisse ait quid de catholica fide tenendum sit.

*Leo episcopus, Iuliano episcopo, carissimo fratri.*

**L**ITERÆ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt redditæ, quam spiritali catholicæ fidei vigeas amore, demonstrant: & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententia pia corda concurrunt, vt secundum doctrinam Spiritus sancti impleatur in nobis quod Apostolus ait: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia: cuius vnitatis nimium se Eutyches facit extraneum, qui in sua peruersitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis a Domino sit obligatus, intelligit. Et quamquam sacerdo-*

*Concil. Tom. 7.*

K